



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Catechesis Pverilis**

**Melanchthon, Philipp**

**Lipsiae, 1543**

**VD16 M 2628**

Philippvs Melanthon pio lectori S. D.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-33561**

# PHILIP

P V S M E L A N T H O N

pio lectori S. D.



TINAM T Y P O-  
graphi in diligendis  
materijs quas edunt  
diligentiores essent,  
ac non tantum sui  
compedijs, sed etiam  
publicae utilitatis ra-  
tionem haberent, praesertim in eden-  
dis scriptis de doctrina Christiana. Ex  
tant aliorum libelli qui haec elementa  
pietatis continent, quae initio pueris  
proponuntur in Catechesi, ut uulgo  
uocant. Cum autem prosit pueros ad  
unam, simplicem & similem doctri-  
ne formam adsuefieri, optarim ex illis  
libellis eum tantum uersari in mani-  
bus iuuentutis, qui est locupletior cæ  
teris. Nunc subinde alij noui nascun-  
tur, no perinde fœliciter scripti. Hunc  
uerò libellum, qui mei nominis titulo

A 2 editus

**EPIST. AD LECTOR.**

editus est, prorsus nolle esse publica-  
tum. Etsi enim inter scholasticos quæ  
dam de his elementis pietatis ferè in  
hanc sententiam differui, tamen nec  
scripsi ipse totum libellum, nec reco-  
gnoui. Et quædam dicta sunt, quæ cō-  
gruunt ad iuuentutem quæ in pīs ec-  
clesīs uersatur, non inter aduersarios.  
**I**deo optarim Brentium, qui & erudi-  
tione excellit, & egregia pietate prædi-  
tus est, si tamen uidit has pagellas an-  
te editionem, limam adhibuisse, et quæ  
dam mutasse. Postquam autem edi-  
tus est sine emendatione, cum abole-  
re totum libellum non possim, duxi re-  
cudendum esse, & pauca quedam di-  
cenda distinctius. **T**enue scriptū est,  
quod si quis putabit utile esse pueri-  
tiæ, non prohibeo quo minus utatur.

**S**ed optarim in hoc genere alio-  
rum legi uberiores libel-  
los. **B**ene uale pie  
**L**ector.

**Cate-**